

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz
Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz
Band: 61 (1906)

Artikel: Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1
Autor: Liebenau, Theodor von
Kapitel: Urkunde Nr. 270 bis 279
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 06.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

prebenda Ecclesie predicte ratione laudabilis confuetudinis¹⁾ nuper a nobis edite et statute, sic ordinandum duxi nomine testamenti, vt videlicet eisdem fructibus per ydoneas personas a — — preposito et capitulo Ecclesie prehabite destinatas, diligencius recollectis possessiones amantur de quorum fructibus seu redditibus in tres partes ex equo diuisis, due partes canonicas, qui vigiliis a prima lectione usque ad finem misse quo quam interfuerint et in ea obtulerint dividatur. Tertie vero partis similiter in tria diuise, due partes prebendariis, qui predictis et memento predicto interfuerint, excepto quod non teneantur offerre, tercia vero in pane pauperibus erogetur. Constituo insuper viros discretos dominum Hugonem prebendarium ac R. de Liebegga, Canonicum Ecclesie predicte huius executores testamenti, eo videlicet, modo, vt si me extra terram uiam carnis ingredi contigerit vniuerse, ipsi — — prepositum, qui pro tempore fuerit, ad predictorum omnium perfectionem ammoneant et inducant. Actum loco predicto anno domini M⁰ CCC⁰ IIII⁰., Idus Marcii, Indictione Secunda, presentibus et ad hoc vocatis dominis Volmaro de Wintertur, P. de Berona, Jacobo de Bütinkon, D. de Berona et H. de Rinach, canonics, Hugone predicto, Berchtoldo de Seconis, P. dicto de Hübbon, et R. capellano sancte Marie prebendariis Ecclesie predicte.

Liber crinitus fol. 31, fol. 38,b.

Nr. 270.

1304, 28. Mai, Baden.

Schirmbrief König Albrechts für Münster.

Albertus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus.
Vniuersis Sacri Romani Imperii filiis delibus. Gratiam suam
et omne bonum. Nouerit prefens Etas et futuri temporis
successura posteritas, quod nos de solita gratia, et confueta
benignitatis nostre clementia, honorandam Ecclesiam Beronen-
sem, sitam in Episcopatu Constantiensi, sub nostra speciali

¹⁾ fol. 38, b - laudabilis constitutionis.

protectione et defensione recipimus, tam Clerum, | quam ceteros homines suos, necnon omnes possessiones et Jura ad eandem Ecclesiam pertinen- | tia. Confirmantes eidem, ad instar clare recordationis domini Rudolfi Romanorum Regis, pre- | decessoris et genitoris nostri Karissimi, omnes bonos vsos, et bonas con- fuetudines, quibus olim tempore | diuorum Friderici, Heinrici et Friderici Secundi, ac aliorum Imperatorum et Regum Ro- manorum, | Illustrium predecessorum nostrorum, vti confueuit. Insuper etiam aduocatiam predicte Ecclesie ad manus nostras | recipimus, vt nulli de cetero, nisi nobis, teneatur de aduo- catia respondere. Decernentes, vt Bona eiusdem | Ecclesie, nulla necessitate incumbente, possint ab Imperio vlo modo alienari. Mandamus igitur, firmiter statuentes, vt nullus amodo prefatam ecclesiam in predictis omnibus, aut aliquo eorum, offendere vel molestare pre- | sumat. In cuius nostre protec- tionis et confirmationis euidens testimonium et memoriam sempiternam presens | scriptum exinde conscribi et Sigillo Regio Jussimus communiri. Datum apud Baden V^o. Kalendas Junii, | Indictione Secunda, anno domini Millefimo Trecentesimo Quarto. Regni vero nostri anno Sexto.

Das Siegel hängt beschädigt.

Copie im Liber crinitus fol. 10, 55, b. Liber Erni fol. 4, b. Druck: Herrgott, geneal. II, 587.

Nr. 271.

1304, 30. August, Münster.

Die Familie von Ruda verkauft an die Pfründer unser
lb. Frau ein Gut in Grenkon um 52 ♂ Häller.

Vniuerfis presentium inspectribus, seu auditoribus Vlri-
cus, Harthmannus et Marquardus fratres, filii quondam domini
Harthmanni de Ruda, militis, | notitiam subscriptorum. Notum
facimus vniuerfis, quod nos nomine nostro et tutorio seu cura-
torio nomine, Johannis et Harthmanni fratribus, | Katherine et
Margarete sororum nostrorum, et pro ipsis bona nostra sita in

Grenckon, redditio annuatim octo frusta, que colit | Rvdolfus dictus Smit, Waltherus de Heitersberg, et C. filius suus, et Rvdolfus de Snartwile proprietatis iure nobis pertinentia, vendidimus | et tradidimus viro discreto domino Rvdolfo, Sacerdoti prebendario altaris sancte Marie ecclesie Beronenfis, vice et nomine dicti altaris | eodem proprietatis iure perpetuo possidenda; promittentes bona fide pro nobis dictisque fratribus et sororibus nostris dicto domino Rvdolfo siveque successoribus | plenam de ipsis bonis prestatore warandiam, ubique, et quocumque de iure fuerit faciendum. Renunciantes pro nobis similiter et dictis | fratribus et sororibus nostris beneficio restitutionis in integrum, acceptio non numerate pecunie non tante, non solute, doli mali, et in factum | et generaliter omni allegationi, actioni uel acceptio iuris scripti et non scripti, facti aut consuetudinis, per que dicte venditio aut traditio | infirmari uel retractari posset in toto, uel in aliqua sui parte. Confitentes nos precium dictorum bonorum, videlicet quinquaginta duas libras | denariorum monete communis ab eodem ex integro recepisse. In horum testimonium sigilla nostra pro nobis et dictis fratribus ac sororibus nostris presentibus | apponendo. Ego quoque Anna mater dictorum filiorum iuri usufructus, qui mihi in predictis bonis competebat, ad manus dicti domini R. | vice et nomine dicti altaris cessi et presentibus me cessisse confiteor sub testimonio sigillorum filiorum meorum, ut superius sunt notatae. | Acta sunt hec presentibus testibus ad hoc vocatis. Dominis Vlrico de Landenberg, preposito, C. de Landenberg, Jacobo de Bütinkon, | Petro de Berona, Gerungo de Seconis, Dieterico dicto Sartore, canonicis dictae ecclesie Beronenfis, et aliis pluribus fide dignis (sic.) | Datum Berone anno domini M^o CCC^o IIII^o. III. Kalendas Septembris, Indictione Secunda.

An der Urkunde hängt 1. das beschädigte Ovalsiegel Ulrichs von Büttikon, welches Madonna mit dem Kinde zeigt; Inschrift: S' VLRICI . DE BERON
 2. das Rundsiegel mit dem Ruder in der Tartsche; Legende: S. MARCVARDI . DE . RVODA.

Nr. 272.

1304 und 1305, 4. November, Hasenburg.

Freiherr Walther von Hasenburg genehmigt die Vergabung Hugo's von Hasenburg an das Kloster Ebersecken.

Zeuge u. a. Jakob von Büttikon, Domherr zu Münster.

Archiv Rathhausen. Von J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde III, 2, 291 irrig datiert 1305, 4. Nov. Die Ausfertigung erfolgte 1305, die Vergabung 1304.

Nr. 273.

1304, 15. Dezember.

Das Kloster Engelberg tauscht mit dem Stifte Münster Leibeigene gegen 2 Schuppossen zu Stege bei Sursee.

Vniuerfis presentium inspectoribus, seu auditoribus. R. diuina permissione Abbas — — totusque Conuentus monasterii Montif angelorum, ordinis | sancti Benedicti, Constantiensis Dyocefis, noticiam fvbscriptorum. Nouerint, quos nosse fuerit opportunum, quod nos ob inminentem necessitatem et euidentem | vtilitatem monasterii nostri predicti Elizabetam uxorem Walteri dicti Baller, et Gerdrudim fororem eius, filias quondam Arnoldi dicti | thrutman, ancillas monasterii nostri predicti, cum omnibus liberis generatis aut generandis ab ipsis, nobis videlicet et dicto monasterio nostro | minus utiles vendidimus et tradidimus honorabilibus viris .. preposito et — — Capitulo ecclie Beronenfi, predicte Dyocefis, pro duabus | Scopofis fitis in Stege prope oppidum Surse, quas dictus Waltherus emerat a .. de Winterberg, cum omnibus suis appendiciis | quas ab eis cum pleno iure receperimus proprietatis titulo perpetuo possidendas. In quorum testimonium sigilla nostra vide- licet abbatif et | Conuentus predictorum presentibus sunt appensa. Nos quoque prepositus et capitulum ecclie Beronenfi predicte dictum contractum ad | vtilitatem dicte nostre ecclie nostre (durchgestrichen) expressam factum esse prefen-

tibus confitemur, et eum perpetuo ratum habere promittimus pro nobis et | nostris successoribus vniuersis in predictorum testimonium sigilla nostra, videlicet prepositi et capituli predictorum presentibus sunt appensa | Renunciamus igitur hinc et inde tam abbas et conuentus quam prepositus et capitulum prenotati pro [nobis et monasterio ac ecclesia supra | scriptis omni actioni et exceptioni doli mali in factum, beneficio restitutionis in integrum iuri per quod deceptis ultra | dimidiam iustipretii subvenitur, et generaliter omni allegationi iuris aut facti canonici et ciuilis, scripti uel non scripti, editi | vel edendi, etiam si de eo mentionem oporteat fieri specialem, per que predicta retractari uel impediri possent in totum uel | in aliquo sui parte. Testes ad hoc vocati sunt hii: Arnoldus dictus thrutman, Pelegrinus Scultetus in Sempach, Chünradus | de Heidegg. Berchtoldus de Hertenstein, R. dictus Vogt, Walterus Basler predictus, et alii fide digni. Datum et | actum Berone anno domini M⁰CCC⁰III⁰. feria tercia post festam beate Lucie virginis, Indictione III^a.

Wohlerhalten hangen die Siegel des Conventes Engelberg und des Propstes von Münster; die Siegel des Abtes und des Capitels von Münster fehlen.

Original im Stiftsarchiv Münster.

Copie im Liber crinitus fol. 20, b.

Druck: Geschichtsfreund 51, 152—153.

Nr. 274.

1305, 15. Januar, Münster.

Vergabung des Gutes von Eichiberg in Lütwil an die Kaplanei St. Peter und Katharina durch Kaplan Diethelm von Eichiberg.

Nouerint vniuersi, quof nosse fuerit oportunum, quod ego Diethelmus de Eichiberg, prebendarius altarium sanctorum Petri ac Katherine | ecclesie Beronensis, in remedium anime mee bona mea sita in villa Lütwil, que dicuntur das güt von

Eichiberg, iure mihi | proprietatis pertinentia, reddentia annuatim quinque modios tritici et decem solidos denariorum monete communis, dedi ac tradidi | dictis altaribus eodem proprietatis iure perpetuo possidenda, ita videlicet, ut post mee depositionis diem successor meus, qui dictorum | altarium prebendarius pro tempore fuerit, de predictis redditibus canonice ipsius ecclesie tum residentibus, qui residentes | vigilia, missa, et visitationi sepulchri mei interfuerint, tria quartalia tritici in pane et tria in vino, pauperibus quoque tria | in pane ministraret et per Camerarium ipsius ecclesie dividenda in anniversario meo, die quo diuina voluntas iussa | celebrando. Item prebendarii ipsius ecclesie, qui predictis omnibus interfuerint, tria quartalia tritici in uino dictus prebendarius | ministrabit. Preterea, si dictorum altarium bonis, deo suffragante crescentibus, ad sufficientiam pro personarum sustentatione | duarum dicta altaria in duas prebendas diuidi forte contingeret, Capelle sancti Petri residua due frusta tritici, altari | uero sancte Katherine decem solidi debebunt cedere prenotati, procuratione tamen ipsorum bonorum apud prebendarium dicti altaris sancte | Katherine insolidum permanente. Ceterum ipsa duo frusta, cum solidis decem predictis, Gerdrude inclusa forori mee, si ipsa mihi | supervixerit, ab ipso debebunt prebendario pro uite sue tempore ministrari, ad quod, si negligens fuerit, per prepositum ipsius Ecclesie | compellatur. In quorum testimonium prefens instrumentum sigillis honorandorum dominorum — — prepositi et capituli dicte Beronenfis Ecclesie | optimi roborari. Nof igitur Vlricus de Landenberg, prepositus et — — capitulum dicte ecclesie, quia predicta coram nobis gesta | sunt, pro ipsorum euidentia sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum et actum Berone, anno domini M⁰CCC⁰V⁰. | craftino post festum sancti Hylarii, Indictione tercia.

Die Siegel fehlen.

Gedruckt bei Dr. W. Merz, zur Geschichte der Familie Eichenberger, Reinach 1901, pag. 42. Neugart, Episcop. Constant II, 567.

Nr. 275.

1305, 26. Februar.

Kirchenrecht von Großdietwil.

In gottes Namen Amen. Allen vnd jettlichen, So disen
 Brieff ansechent oder hörend lesen, kund ich Luppold von
 Luttzern, kilchher der kilchen zu Tüttwil, vmb das nit Bosheit
 der unwarheit, so doch alwegen der warheit widerwertig ist,
 fürbrechen möge vnd auch künfftigen Itöffen vnd jrungen
 durch vnwißheit begegnet werden möge, gezimpt sich ver-
 gangen sachen mit gezugnuß briefen vnd siglen zu beueftnen.
 Harumb so fige menklichen zu wißen, das ich Lüttold, kilcher
 jetz ze Tüttwile, mit hilff gottes vnd der erwirdigen mannen
 Her Wernhers von Wolhusen, Itiffter der kilchen, Rudolfs
 von Wart, Rudolfs von Balm, Hern Vlrichs vom Tor, Her-
 Vlrichs von Gundiswil, Couent Bruder des gotzhuß zu Sant
 Vrban, Meifter Burckarts von Zoffingen, offnen notarien vnd
 aller kilchgenoffen, die sich by jren eiden bekent hand, das
 dis sigent gerechtikeitt eines kilcheren je den zechenden ze
 samblen vnd zu dem ersten: zu Altpüren vnd je der gantzen
 kilchen vnd gemeinlich genempt werden Hochwald zechenden,
 des ersten am Horied Eberharts Berg, im Sal, im Wald Alt-
 püren vnd Wolgersholtz, Tentenberg, Blitzholz, Steinbach,
 überal im Wald Tütwil, auch genempt Reitweg, vff Horve
 gehäre, der wald ze Fribach, Hetzelsmos, Schmidwald, der
 wald ze Huttwil vnd in der gantzen kilchen, wo nüw vfbrüch
 der famen gebuwen werdent, genempt gemeinlich gerüttet vnd
 nit het in gedachtnuß des menschen, wohin die von Recht
 gehören, erkent werdent dan fölich nüw vfbruch zu der vor-
 genemtten kilchen gehören föllent, als den erkantnuß vnd
 gemein recht offenbar leren ist. Dife Ding geschechen vnd
 geschrieben find, afs man zalt anno Christi tusent trühundert
 vnd funf jar, quarto Kalend. Mart.

Vidimus vom 15. August 1514. — Stiftsarchiv Münster
 Gedruckt Geschichtsfreund 49, 198.

Nr. 276.

IV. idus Aprilis Ind. III

1305, 10. April
Münster.Hochdorf und Hohenrain
Nr. 1.

Walther v. Sursee, der Schen:

mit Zustimmung seines Herren des Probstes Ulrich v. Landenberg zu Münster, verzichtet zu Gunsten seines Bruders Heinrich auf die drei Schupoßen zu Hiltprechtigen, welche er von Adelheit und Elisabeth, den Töchtern des Ritters Mathias von Schenkon gekauft hatte.

Zeugen: C. v. Landenberg, Peter de Berona, Gerung de Seconis, R. von Liebegg, Chorherren und Pfründer Hugo von Münster.

Es siegelt Probst Ulrich von Landenberg.

Das Siegel hängt beschädigt.

Die Originalurkunde konnte nicht aufgefunden werden.

Nr. 277.

1305, 13. Mai. Münster.

Lehenbrief des Stiftes für Ritter Rudolf von Hallwil und seine Gemahlin Adelhild.

Omnibus presentium inspectорibus seu auditoribus Vlricus de Landenberg prepositus — — totumque Capitulum Ecclesie Beronenfis notitiam subscriptorum. | Constituta coram nobis Vdelhildis uxor domini Rūdolfi de Hallwil, militis, de consensu et uoluntate uiri sui expressa, cum manu etiam et | auctoritate domini Johannis de Rinach, militis, tutoris seu curatoris, eidem per exquisitam, ut est moris, et a nobis prolatam sententiam, coram nobis | data, bona omnia, specialiter et possessiones in manus nostras resignauit, que a nobis et ecclesia nostra predicta in Emphytheuse habebat | petens, ut eadem fibi et dicta viro suo communiter conferremus. Nos igitur pia eius erga dictum uirum suum affectione permoti nobis | et ecclesie nostre ab antiquo semper amicum, dicta bona omnia eiusdem et utrique

in solidum, iure predicto concessimus et concedimus per presentes | sub censu confueto perpetuo possidenda. In horum testimonium figilla nostra, videlicet prepositi et capituli presentibus apponendo; testes ad hoc uocati | sunt huius domini H. de Landenberg, thesaurarius, R. de Arburg, Ulricus de Rüda, Jacobus de Büthinkon, et R. de Libegg, | canonici Beronenses, cum multis aliis fide dignis (sic). Datum Berone anno domini M⁰CCC⁰V⁰. III. Idus Maii, Indictione III^a.

Die beiden Siegel hangen beschädigt.

Nr. 278.

1305. 23. Aug. Konstanz.

Ablaßbrief für den S. Johannesaltar in Münster.

H. dei gratia Constantiensis Episcopus dilectis in Christo, uniuersis ad quos presens scriptum visitandum uel audiendum peruererit salutem in domino | sempiternam. Sanctorum merita inclyta gaudia fideles christiani minime assequi dubitamus, qui eorum patrocinia per digne deuotionis obsequia | promerentur, illum quoque in ipsis, quorum gloria est et ipse, et retributio premiorum. Nos igitur, cum altare in honore beati Johannis Apostoli | et euangeliste, beati Johannis Baptiste, beatorum Galli et Arbogasti, in monasterio Beronensi, sic fundatum sollemniter, et dedicatum prosequendum, dicta | gratia Canonici Christi fidelibus dare cupientes omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictum altare in honore sanctorum predictorum fundatum et dedicatum in festiuitatibus eorundum in anno quolibet occursuris necnon in dedicatione eiusdem altaris, et septem diebus post festum dedicationis in mediate sequentibus, cum deuotione, et reuerentia, uisitauerint annuatim, de omnipotentis misericordia sanctorum prefatorum necnon omnium sanctorum auctoritate confisi xL dierum Indulgentias misericorditer elargimur. Datum Constatie. Anno domini M⁰CCC⁰v⁰, x⁰ kalendas Septembbris. Indictione III.

Copie: Liber crinitus pag. 41 b und 42 a.

Copie von X. W.

Nr. 279.

1305. 28. Dez. Münster.

Die Brüder Johann und Walter von Büttinkon verkaufen an Propst und Kapitel von Münster um 15. Mark Silber ihre Güter im Dorfe Hallwil.

Uniuersis presencium inspectoribus seu auditoribus Johannes de Butinkon, miles et Walterus frater eius noticiam subscriptorum. Notum facimus uniuersis, quos nosse fuerit opportunum, quod nos bona nostra sita in uilla Halwile jure proprietatis nobis pertinencia que colit Rudolfus Tiescho uendidimus et tradidimus cum omnibus iuribus, usibus, pratis, agris siluis aqueductibus, uiiis et inuiis, ad ipsa pertinentibus mea et libera uoluntate honestis uiris . . preposito et capitulo ecclesie Beronensis, pro quindecim Marchis argenti ponderis Thuriensis, quas ab eis recepimus et in usus nostros conuertimus meliores, promittentes pro nobis nostrisque heredibus dictis preposito et capitulo ac successoribus eorundem, plenam de predictis bonis prestare warandiam, in omni iudicio quo ciens et quando fuerit de iure faciendum. Renunciantes pro nobis nostrisque heredibus omni actioni allegationi et exceptioni doli mali non numerate pecunie non tradite non salute in integrum restitutionis implorationis officii judicis et generaliter omni juris et facti auxilio per quem predicte venditio vel traditio retractari possent in tota uel in aliqua sui parte, In horum omnium testimonium sigilla nostra presentibus appendentes. testes autem ad hoc uocati sunt domini Ulricus de Landenberg, prepositus, C. de Landenberg, Jacobus de Butinkon frater noster, Volmarus de Wintertur, H. de Wile, H. de Rinach, B. de Liebegge scolasticus, Markuardus de Rüda, Johannes de Itingen, Canonicus et Arnoldus dictus Thrutman officiatus ecclesie prenotatae. Datum et actum Berone Anno domini M⁰CCC⁰vj⁰ in die sanctorum innocentium. Indictione IIII.

Copie: Liber crinitus pag. 20.b. Neugart, Episcop. Constant. II, 413 zum Jahre 1306. Copie von X. W.